

FESTIS TOTIUS ANNI.

In Festo S. Andree Apostoli.

Quilibet Christianus potest esse piscator animarum.

1. **F**aciam vos fieri piscatores hominum. *Matth. 4.* Divinus Mundi Redemptor potuisset convertere gentes, & salvificam fidem in orbe propagare per armatos Reges, & potentis exercitus, prout nullum est dubium! cui ergo inopes, & infirmos piscatores elegit? respondet S. Ambrosius: *Ne tradidisset potentia, ne redemisset divitiis, ne nobilitati auctoritate transisse ad suam gratiam videretur.* Melle de causa Deus in exercitu Gedeonis ad victoriam meticuloussimos trecentes elegit, qui non ausi procumbere, semper ad fugam parati stando bibebant, ut tanto magis omnibus *periculum esset auxilium Divinum.* Vide Barz. *Serm. 39. n. 14. & seq.* Infimos Deus elegit, non fortes, ut agnoscerent Christiani omnes, piscatum animarum, & victoriam inferni, etiam ad se, quamvis debiles & exiguis pertinere. An ergo omnibus dictum est illud: *Faciam vos fieri piscatores hominum?* Omnibus dictum est! Quomodo autem fieri potest hæc piscatura? Attendite, vos præsertim Superiores, Parentes, & Patres-familias, dabo instructionem! 1. Possunt animæ in profundo scelerum hærentes, instar piscium extrahi, hamo, eca cuncto, id est correctione fraterna, prudente, & discreta. (Vide *Tir. Correctio fraterna.*) 2. Possunt animæ instar piscium capi fagna, id est affectione spiritali, juxta illud: *Sagena cor illius, cui accedere debet salutaris instructio, & patientia in supportandis defectibus.* (Vide *Tir. Caritas proximi.*) 3. Possunt animæ instar piscium capi expanfa reti, id est exemplo, quod potentius est ad hanc capturam, quam verba. S. Andreas Apostolus, ut Christum Dominum imitaretur, ardentissime desiderabat crucem, eamque patientissime cum gaudio tolerabat, quo exemplo ingentem populi multitudinem non tantum convertit, sed & ad ferendam acerba pro Christo animavit. Vide *Tir. Bonum Exemplum &c.*

Crux seu adversitas amanda ex triplici ratione.

2. Illi statim relictis retribuit, & a patre, secuti sunt eum. *Matth. 4.* Non est homo sub sole, quem non Deus ardentissime salvare desideret; hinc omnibus, sine exceptione omnibus, jam ab æterno præparavit media, ad salutem cuique proficua, prout ipse promisit per *Ostam*: *Trabam vos in funiculis Adam*? Quinam sunt hi funiculi Adam? respondet S. Gregorius, sunt prospera & adversa! sicut Patens, cum filii vitia blandimentis corrigere nequit, adhibet verbera: ita Deus, si beneficia emendando peccatori non sufficiant, immittit cruce. (Vide *Speranz. script. sel. punct. 152. & seq.*) Igitur crux non est exhorretenda, quia est remedium salutis a Deo paratum. Ita omnino est! cum itaque habeamus exemplum S. Andree Apostoli, qui ardentissime desideravit, & amicissime salutavit, studebo ex animis vestris auferre naufragium crucis, & instillare illius amorem. Crux non nocet fed prodest, a Deo non irato, sed ab amante venit. 1. Crux, seu adversitas amanda & desideranda est, quia præservat a peccato. Cum Abraham profectus est in regnum Abimelech, mox Sara illius uxor abrepta est in domum regis. Deus autem percussit regem morbo gravi, & Medicis ignoto: Cur? ut eum impediret ab injuria Saræ inferenda. Sic Deus hodie dum agit; permittit, ut ille crux, aut brachium frangat, aut oculo privetur; quia melius est, debilem vel claudum intrare in regnum celorum. 2. Crux seu adversitas amanda & desideranda est, quia a peccato commisso revocat. Sic filius nequam, qui abiit in regionem longinquam, per famem & inopiam revocatus est: sic mala, quæ nos premunt, ait S. Gregorius, ad Deum ire compellant. Ipse etiam Augustinus, diu secum ipso luctatus, dum stomachi doloribus affligi cepit, ad baptismum festinavit. 3. Crux seu adversitas amanda & desideranda est, quia a peccatis reliduis purgat. Sicut debitor cum fugit creditorem, a iudice

citatur, & ad solvendum compellitur: ita peccator tribulatione cogitur, ut offensus Deo satisficiat. En! ait S. Augustinus, Tribulatio videtur poena & ruina, & est Medicina &c. Vide *Speranz. punct. 41. &c. Eja!* amemus crucem, & sicut Apostoli relictis retribuit & patre sequamur Christum Crucifixum!

Crux Christi dulces reddit omnes adversitates.

3. O Bona crux diu desiderata! *reddede me Magistro meo, qui per te me redemit.* *In Vit. S. Andr.* Cum dira fames in terra Galgala populum affligeret, filii Prophetarum iusta Elisei in agros egressi lococynchidas, aliasque herbas collegerunt, easque concisas in olla coxerunt. Verum ubi cibum gustarunt, omni felle amariorum nausearunt, clamantes: *Mors in olla!* accedens Eliseus, & parum farinae cibo immiscens, dulciorem illum omnino melle effecit. Cruces & tribulationes mundi ex se sunt amarissimæ, verum crux Christi fuit illa farina, quæ omnino adeo dulcoravit, ut visa cruce S. Andreas Apostolus cum læticia exclamarit, *O Bona crux, diu desiderata!* & omnes Sancti Martyres cruce magis, quam mundi voluptatibus lætentur. Sed qua de causa Crux Christi tribulationes mundi adeo dulces reddit? Causa triplex! attende, mi Christiane, qui in afflictione tristitia fere contabescis, 1. Crux, seu tribulatio dulcis est *ad præteritam culpam, quæ remittitur!* peccatum ut offensa Dei tantum enorme crimen est, ut pura creatura pro illo Divinæ iustitiæ satisfacere non possit! solus infernus est poena proportionata delicto. Verum cum crux Christi cruces seu tribulationes Christianorum pretiosas fecit, totum hoc debitum, si cetera non desint, humili ac patienti tolerantia potest expungi. 2. Crux seu tribulatio dulcis fit *ad præsentem gratiam quæ immittitur,* & quidem gratiam tam actualem, quam habitualem: actualem, quia non est majus solatium, quam pati cum Christo, ideo omnes sancti Martyres in tormentis exultarunt: habitualement, quia gratia sanctificans seu amicitia Dei augetur, cujus unicus gradus æstimabilior est, quam sint omnia regna mundi. 3. Crux seu tribulatio dulcis est *ad futuram gloriam, quæ promittitur.* Non est certius pignus salutis, quam participatio dominicæ passionis. Olim ad limen portæ cælestis interrogabitur. Hi qui

sunt, & unde venerunt? & cum responditur, hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, mox mandabitur, atollite portas principes vestras &c. Vide *Tit. Adversitas, Gratia Dei &c.*

In Festo S. Nicolai Episcopi.

Parentes bonæ educationis prolium insigilant.

1. **S**erve bonæ & fidelis, quia in pauca fuisse fidelis, super multa te constituam. *Matth. 25.* Absurda consuetudo, seu potius corruptela in patria nostra invaluit, qua hodie personatum quemquam Nicolaum habitu Episcopali indutum in domos introducunt, qui teneros infantes terrene, examinare, sique per famulos suos infatigationis poenam comminari debet. Mox ille nullus est frugis, quia sæpe inconditis puerorum clamores, & inter famulos ac famulas domesticas impudentes rixas post se trahit. Melius parentes consulerent prolium educationi, si ipsi prudentia, & exemplari vita, profectus, & officii sui munere Nicolaum agerent! certe facilius cum tempore a Deo iudice audirent: *Serve bonæ & fidelis.* Sed quomodo id fieri potest. 1. Quoniam teneræ proles parentibus a Deo commissa sunt, non tantum quoad corpus, sed etiam quoad animam, tenentur erudire filios in primis fidei principiis; propterea curent illos instrui in scribendo & legendo: examinent illos de auditis in concione & catechesi: doceant illos fugere peccata, adorare Deum, & benedixisse, quod non propter vitam hanc temporalem, sed propter æternam a Deo creati sint: sic instructi sunt a parentibus filii Job, Tobias, Esther, Susanna, Machabæi, alique qui hac methodo ad magnam sanctitatem ascendunt, &c. 2. Studeant parentes præire bono exemplo; quia nihil certius, quam quod bono virtutum exemplo filii fiant boni Christiani, malo autem peccatoris: nihil est solentius pueris, cum de incomptis moribus arguntur, quam dicere, *Hoc didici a Patre!* Hoc vidi in Matre! Ecce! Mali corvi malum ovum! Si ergo parentes volunt corrigere mores filiorum, prius corrigant suos. Ec Matrem quidem prælocat modestia sine levitate & impudentia, Pater autem manufactudine, & gravitate, sine peramentis, & ebrietas; alias certe filii hi errorum suorum admonerantur, idem responderunt, quod

non tantum voluntatem depravat, sed etiam intellectum excoecat. (Vide P. Segneri *Manna* an. 30. Mart. n. 2. Et 6. Sept. n. 3.) Alter effectus luxuriae est Incontinentia in bono: miseri huiusmodi peccatores una die concipiunt mille proposita, sed & mille proposita in una die frangunt, quia omnia agunt precipiti impetu, nec admittunt reflexiones, quibus eorum franguntur animi cohiberi posset: ita fit, ut, sicut homines illi, qui aliquando crus, aut brachium fregerunt, per omnem vitam, praefertim turbida tempestate sentiant dolorem; ita qui semel luxuria lapsus est, semper sit imbecillis, praefertim oriente turbine tentationis. Tertius effectus lasciviae est inordinatus amor praesentium, & nausea, seu desperatio futurorum. Vultur tam pertinaciter cadaveri inhaerere, ut potius occidi se, quam baculo abigi patiarer: ita luxuriosi libenter caelo renuntiant, si in mundo semper suis voluptatibus frui possent. (Vide P. Segneri *Homo Chr.* part. 2. disc. 10. n. 13.) Quodsi de morte, & aeternitate admonentur, aut morbus praenuntius mortis eos invadit, quid fit! Erubescere dicere! Demones a Christo Domino in regione Gerafenorum ex engurgitiis expulsi, rogarunt, ut sibi liceret invadere gregem porcorum. Dedit licentiam Christus! & ecce! Geraseni ita irritati sunt, ut Christum rogarint a sua vicinia recedere. Ita luxuriosi faciunt! malant Christum perdere, quam porcinas suas voluptates. Utinam non haberemus exempla tam infame desperationis. Vide P. Segneri *Hom. Chr.* part. 2. Disc. 1. n. 8. &c.

Quomodo pie celebrandum festum Immaculae Conceptionis.

3. *Qui me invenierit, inveniet vitam, & habiet salutem a Domino.* Prov. 8. Anno 1533. Duaci amplissima urbe in Flandria coorto repente incendio totum coenacium una cum templo in cineres redactum est: illud autem mirabile, quod serox flamma omnia quidem templi altaria consumpserit, altare vero cum imagine B. V. *Immaculae Conceptionis* intactum omnino reliquerit, quae propterea peculiarem exinde venerationem acquisivit. Quid hoc prodigio aliud nobis insinuat B. V. quam cultum suae Immaculae Conceptionis sibi esse gratissimum? Quomodo ergo hanc festam diem venerari possumus? 1. Postumus venerari cogitatione, nimirum credendo hoc sanctum

P. Lenrie, Scherr in delav. Mar. Tit. Imag. Belg. 80.

mysterium, &c. 2. Postumus venerari Verbo illud defendendo, laudando, & Deo gratias agendo. 3. Postumus venerari Opere, vitæ sanctae, ab omni macula peccati immunis studio; hunc in finem rogemus B. V. nos a peccato praeservet, primo occasione subtractione; secundo, resistendi data virtute; tertio, pia affectionis fanitate, prout desideravit S. Bernardus. Vide P. Lohner *Bibl. Tom. 3.* in *Indice Conc. hoc festo n. 6.* Item P. Hoyer *Sylva cog. hoc festo Thesi 6. &c.*

In Festo S. Thomae Apostoli.

Dubitationes in fide unde oriuntur, & quantum noceant.

1. **N**oli esse incredulus, sed fidelis. *Joan. 20.* Sanctus Apostolus Thomas revera male egit, dum coapostolus suis affirmantibus, Christum Dominum a morte redivivum sibi comparuisse non credit: erant Viri graves a Divino Redemptore tanquam veritatis oracula ad propagandam in orbe fidem destinati, & tamen incredulus Thomas eorum auctoritati adeo fidem non habuit, ut perverens in sua infidelitate dixerit: nisi oculis videro, & manibus tetigero, non credam! Male egit, & sustera illa Divini Magistri increpatione se dignum reddidit: *Noli esse incredulus sed fidelis!* Verum quid ego in sanctum hunc Apostolum invehor? Dantur hodie innumerum increduli Thomae, qui articulos fidei adeo in dubium vocant, ut sibi ipsis nova credendi systemata pro libitu confingant, non jam haeretici, sed athei. Quae causa tantæ temeritatis? & quistandem effectus? Agite! hoc utrumque in praesentiarum discutiamus! 1. Inter homines doctos variis scientiis excultos raro invenitur ea judicandi temeritas, quam damnatus, illi caeca obedientia norant voluntatem captivare in obsequium fidei. Qui contra fidem cervicem erigunt, sunt plerumque mundani nascuti, vix medicriter scientia tincti, qui dolent libertatem suam a praecipiti fidei restringi in his, quae cuperent esse licita. Adeoque vita victiosa ordinare fomes est ad hunc funum! examine se impurus, an non ita sit? legem castitatis sibi sentit molestant, ideo incipit credere, esse incertam. Praeterea venenosa radix hujus lolii est familiaritas cum haereticis, quorum malicia insular contagii in discursibus contrahitur. Fugienda sunt isti cane rebus & an-

& angue. (Vide Tit. *Dobitationes in fide, Haeresis, Haeretici*) 2. Haestens de origine hujus vitii, jam de pessimis illius effectibus. Primus est obstinata impudens, qua Deo volunt praescribere regulam, quomodo aut quid debeat credendum proponere, eum fere in modum, quo Judaei Christo insultarunt, si Filius Dei es, descende de cruce, & credemus tibi! Deinde per hanc sentiendi, aut disputandi libertatem scandalizantur haeretici, ita ut audaciosi fiant in cavillandis fidei mysteriis: Moyses deprecatus est legationem sibi oblatam, dixitque ad Deum: Ecce filii Israel non audiunt me, & quomodo audiet Pharaon? Parem in modum, si non credunt fideles, quomodo credent infideles? &c. Vide Tit. *Dubitationes in fide, &c.*

Cur homines justi nonnunquam in peccata labantur.

2. *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, non credam.* *Joan. 20.* Cum nos miseri peccatores millenis infirmitatibus obnoxii cum timore & tremore lapsus Sancti Apostoli Thomae, oblitante sese assertioni suorum coapostolorum opponentis, consideramus, merito in anxia illa verba erumpimus: Si hoc in virtuti, quid in arido? si columna cadit, quid arundini metuendum erit? Cur autem Dominus Deus, cujus Providentia pro famulis suis sine fine vigilat, cur lapsus hunc deplorandum permisit? cur homines justos interdum labi permittit? Dabo rationes! 1. Dominus Deus ex immenso iudiciorum suorum abyflo hominem justum nonnunquam in peccatum labi permittit, ut in humilitate conservetur: Elias timuit minas Jezabelis, ut agnosceret, quid in fortitudine prodigiorum per Deum posset, & quid in hac infirmitate per seipsum valeat. 2. Justus labi permittitur, ut discat aliis compati, sic Petrus in supremum Ecclesiae caput exaltandus, trine negationis delicto desertus est, ut ad pietatem institutus, etiam aliis infirmis pariter disceret. 3. Justus labi permittitur, ut alii homines justi semper inter semetipsum & metum vivant: sic Job tentationem vicit, ut spem nostram erigat: & David prostratus est, ut metum incutiat. (Vide Barz. *Serm. 32. n. 50. & seq.*) 4. Justus labi permittitur, ut tanto majori fervore ad virtutem, & Dei amore refurgat. Peccatum illi est instillatum aut haereticis, quo ager sordidatur,

ut tanto uberiores fructus ferat, &c. Laudemus immensam Dei Bonitatem, qui etiam ex malo bonum evenit novit, non nostris meritis, sed sua Misericordia! &c. Vide Tit. *Homo Justus, &c.*

Quomodo per penitentiam pas animi recuperari possit.

3. Respondit Thomas, & dixit ei: *Dominus meus & Deus meus.* *Joan. 20.* Quomodo S. Thomas Apostolus hoc ostendit, quo peccati infidelitatis reus erat, in corde, & animo se habuerit, ego non dixerim, poterit quilibet peccator, qui Divina offensæ reatum expertus est, id sibi melius imaginari. Luosissimus peccati effectus est conscientia lancinans, pungit ut spina, mordet ut coluber, latrat ut canis, imo tumultuosum mare est, quod omnia flumina, quae in illud infunduntur, amara facit; hinc tristitia, anxietas, metus, pusillanimitas, & nonnumquam desperatio. Miser peccator incalcum agis, non potes sperare quietem, nisi ad Deum tuum, quem deservisti, per veram penitentiam & conversionem reverteris. Sed quomodo fieri potest vera conversio? Imitemur exemplum S. Thomae Apostoli! Postquam elapso ostidio Christus Dominus, januis clausis rediit ad Discipulos, & conscientia illius tenebras per felicem illam benedictionem dissipavit: *Pax vobis!* 1. Ille ad pedes Divini Redemptoris prostratus agnovit, & deprecatus est errorem, summa cum humilitate & fide. Ita initium conversionis a peccatore fieri debet cum humillima fide, qua obedientissime credit veritatibus a Deo revelatis, & per Apostolos promulgatis sine omni hesitatione. (Vide Tit. *Fides, Mysteria Fidei.*) 2. S. Thomas cum immensa confidentia se projecit ad pedes JESU, clamans: Dominus meus, & Deus meus! Ita peccator penitens, toto corde ad Divinum Redemptorem dicere debet: Tu es Dominus meus, ego servus tuus, Tu Deus meus, ego creatura tua! atque ex hac confessione concipiat immensam spem, quod Deus possit & velit sibi remittere peccata. (Vide Tit. *Spes, Misericordia Dei!* &c.) 3. S. Thomas digitos immisit in sancta Vulnera Christi. Ita peccator non minus ad hoc asyllum confugiat, praesertim ad Vultus SS. Cordis! ibi habuerit, ibi totam animam suam abscondat! Quae cur Crucifixus Deus, qui semper multa ac magna pati desideravit, SS. Vultus Pectoris primum post

mortem sibi insigi voluit. Nempe, vulnera, quae vivo corpore recipiuntur, sunt adhuc sanabilia, non autem illa, quae post mortem recipiuntur: igitur Misericors Deus primum post mortem vulnera voluit, ut vulnus esset insanabile, & consequenter miseris peccatoribus ferire, & apertum. Huc confuge peccatoris anima! Vide Tit. 55. Vulnera, Vulnera S. Peccatoris, Caritas Christi, &c.

In Festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi.

Stabulum Bethlehemiticum docet nos humilitatem & penitentiam.

I. *Invenietis infantem pannis involutum.*
& positum in praesepe. Luc. 2.
 Cum Misericors Deus humani generis ex originaria laeae perdidit ruinam reparare, & Divinum sanguinem in litrum Redemptionis nostrae fundere decreverit, quaeritur, cur sub specie infantis, & non potius Viri adulti in mundo comparere voluerit? sic enim prima statim operi Redemptionis manum admodum peccatores convertere, innocentes confortare, omnibusque salutis monita dare potuisset, id quod de facto ut infans non potuit. Respondet S. Bernardus, negatque, id Deum infantem non potuisse: *Infans quidem est, sed Verbum infans; cuius ne ipsa quidem infantia tacet.* Necdum loquitur lingua, & quaeque de eo ac circa eum sunt, clamant, praedicant, evangelizant. Audiamus, quam nobis lectionem loquantur. 2. Stabulum inauditam, & haec ignota nobis humilitatem praedicat. Quis tam obfusca? Rex caeli & terrae, quid Principum palatia sibi vindicare, aut caelum in terra condere potuisset, dum diversorium inter homines non invenit, inter pecudes sese abiecit, ut ante omnia primum & maximum Redemptionis obfusculum, nempe superbiam extirperet; dicit enim S. Gregorius, evidētissimum & reproborum signum esse superbiam, & humilitatem electorum, &c. 2. Praesepe duritiae suae quidem frigidissima hyeme mortificationem nobis commendat; quis enim non admiretur, Dominum caeli & terrae, qui manibus ac humeris Angelorum portari dignus est, nascentem jacere in palea, & morientem pendere in ligno; ut discamus, corpori non blandiri, sed illud, quae fomentum est scelorum, duriuscule habere, acque illius sensuales appetitus, ac passionem frangere & reprimere.

3. Vagientis Dei Lacrymae inculcant nobis fugam, & odium peccati! certus esto, mi Christiane, lamtum Divinus Infans omnia vitia tua peccata numeravit, super reprobos, quibus nativitatem suam & mortem nihil profuturam praevideat, lacrymas tristitia effudit. Electis autem, quos secum in caelis aeternum regnatum praeservit, lacrymis gaudii applausit. Eheu! de quorum numero eris? &c. 4. Quid denique panni nobis insinuant? Nihil aliud, quam pauperitatem; nempe quia fuerunt attriti, & obfoleti, docent nos perturbationis mundi divitias contemnere, & ad caelestes aspirare: Et quia nihilominus fuere albi & mundi, docent nos puritatem animi ab omni sensuali amore alienam, &c. Vide Speranzam punct. 150.

Quomodo sanctissimi tres peregrini hospitio recipiendi.

2. *Invenietis infantem pannis involutum & positum in praesepe. Luc. 2.* Audite Dilectissimi, quid hesternae die mihi acciderit! Nescio an fuerim sopitus, aut quomodo cumque animo absorptus, cum ecce, videbatur mihi ad aedum fores venire Vir grandaevis, & specie alicui supra humanum referens, habens secum aeternum, cui insignis, & plane caelestis pulchritudinis Domina infidebat. Roganti mihi, quid rerum desideraret? Respondit, rogare se hospitium! Adverti quod res erat! Agnovi Sanctum Christi Nutritum Iosephum, & in iumento Beatissimam Dei Matrem, quae Divinum infantem secum brachiis tenebat. Aperui profundissima cum reverentia sanctissimis Hospitiis fores, imo inrimos etiam cordis aditus, & insuper promisi, quod Parochianos meos, si fors eadem foras istas contigerit, instruere velim, quomodo decenter hos Hospites domi suae recipere solent obsequiose servare ac demereri valeant. Attendite montis! 1. Sancto Iosepho, ut Faber lignarius est, dare modica ligna seu asseres, ex quibus Divino Infanti curas conficiat. Cuius sunt lectica mobilis, quae infantibus fomus procuratur. Volo dicere, ante omnia per intercessionem Sancti Nutriti rogandum est JESULUS, ut ad peccata nostra trerita dulci somno oculos claudat, nec illa hato vultu aspiciat: agenda est super his feris penitentia cum firmissimo proposito! Quod si JESULUS dormire incipiat, tunc sistende sunt curae, id est hoc

hoc ipsum propositum emendationis immobiliter est firmandum. (Vide Tit. Penitentia, Propositum.) 2. Beatissima Virgini Matri commodandus est purissimus lectulus, & tela lineae mundissima, quibus sanctissimum Infantulum involvat. Quid intelligi per telas lineas? intelligi omnimodam conscientiae, in cogitatione, verbo, & opere munditiam, ab omni peccato, & a vanitatibus etiam saeculi profus alienam. Quod si in divortio forditus sit, jurando, prociando, conforti periculosa & suspecta conferendo, corrigantur, tollantur, ex adibus ejiciantur; quia summa Divina Matris puritas, & summa peccati turpitudine sub eodem lecto non conveniunt. 3. Divino Passioni cogendum est pulmentum (intelligi germanice Ein Mus) resignandum se plene in Divinam voluntatem, & dicendo: Domine debeo (Ich mus) debeo vivere in paupertate! debeo perferre iniquam perfectionem! debeo sustinere dolores in diuturno morbo! hoc pulmentum gratum & sapidum erit infanti JESULO! si vis, poteris addere cantilenam Parvulo, sed non aliam praeter istam, quam hodie cantantur Angeli: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus!* id est, omnia opera illuc dirigenda, ut exaltet Dei gloria, & peccata impediantur, & emendentur! Sed quid agendum denique de asino? De hoc loquar, in die Palmarum! &c. Vide Tit. Confortia cum Voluntate Divina! &c.

Sanctissimi Peregrini non volunt hospitium in corde imparo.

3. *Non erat eis locus in diversorio. Luc. 2.* Cur ergo Sanctissimis Sponsis cum Divina prole non erat locus in diversorio? an in urbe Bethlehemica non dabatur caupona ad hospitandos peregrinos? Dabantur utique, id quod satis indicatur per hederas, & signa ante domos pendula! Perlustremus plateas! 1. En! ibi caupona apud *Pulehruum pavonem*, domus haec sicut ceteras aedificio superat; ita intus in hypocaustis, in abacis, in perizomatibus insolite splendore superbit. Hic divertere solent magni Domini, qui in curribus & in equis veniunt! verum pauperes non recipiuntur, transeundum est! 2. En! altera haec caupona vocatur apud *presundum mare*! sicut enim mare omnia flumina recipit, & nunquam redundat, navigia etiam ingentia cum omnibus divitiis deglutit, & nihil refundit; ita do-

mus haec defodat in corradendis opibus, & nunquam satiatur, corradit divitias per fas & nefas, ingenti cum avaritia, & nihil restitit. Procul hinc! procul Sanctissima Trias! 3. En! iterum alia, vocata apud *ignem Aethiopem*! hic nemo ingreditur uti innocens, qui non anima tenus instat Aethiops niger regnabit! tota conversatio morum, confortia, & discursus impudentem lasciviam spirant. Procul! procul! haec demonum nigredo non convenit cum candore Angelorum! &c. &c. En! Dilectissimi! haec allegoria volo dicere, quod sanctissimi Hostes in corde morari non velint, ubi haec vitia, superbia, avaritia, luxuria regnant! purgandum est cor serena penitentia, alias certe Sanctissimi peregrini malunt in stabulo cum bove & asino, quam cum peccatoribus habitare! &c.

In Festo S. Stephani Protomartyris.

Lapides S. Stephani Crucis Christi dulces sicut.

1. **L** *Apides torrentis illi dulces fuerunt.*
 Brevi. Dantur varii lapides pretiosi, uti sunt adamantes: amari, uti sunt lapides falsi: Victoriosi, uti fuit ille, quo stratus est Goliath! Gloriosi, uti fuit ille, qui everfa Statua Nabuchodonosoris exerevit in montem. Sed unde habentur dulces, uti fuerunt hodierni S. Proto-martyris Stephani? Ex torrente Cedron! cur ita? Cum Dei Filius Redemptor noster ad mortem condemnatus, & crucis trunco onustus ex urbe Hierusalem in montem Calvariae duceretur, in via a crudelissimis Istoribus per torrentem Cedron una cum cruce violenter raptus est, hoc contactu Christi & Crucis tam aqua, quam lapides sanctificati sunt, ex hoc torrente dein persecutores S. Stephani collegerunt lapides, quibus S. Proto-martyrem lapidarunt, & ideo illi generosissimi Christi athletae dulces videbantur; quia Crux amarissimas perfectiones & tribulationes dulcescere facit. (Vide Speranz. punct. 52.)
 1. Deus ostendit Moyli signum, quo aquas in deserto dulcoraret: farinae Elisaei olla injecta, omnem massam dulcem reddidit. (Vide Speranz. punct. 47.)
 Lignum illud & farinae fuerunt typos & figura sanctae crucis; cum ergo figura continet tantam virtutem, quanto majorem habebit figuratum? 2. Sunt nonnulli

nulli adeo debiles, ut ad umbram crucis expalescant, & in vertiginem fere incidunt, mæsti, pusillanimes, desperandi, cur non balsamum adhibent lenitudo vertigini? quale balsamum? quod e cruce stillat, ait S. Bernardus: Non videtur balsamum suavitatis, quod stillat e cruce. 3. Prodigiosa erat virtus Piscinæ probaticæ in Hierusalem, cujus aquæ post motum Angeli omnes morbos sanabant: unde hæc aquæ habebant hanc virtutem? ex eo, quia ut putant aliqui auctores, in hac piscina diu delituit truncus ligneus, ex quo dein fabricata fuit crux Christi. (Vide Menoch. cent. 4. c. 78.) Si morbos corporis pellere poterat crux necdum sanctificata per sanguinem Redemptoris; quanto magis morbis animi mederi poterit crux post passionem Domini? &c. O mi Christiane, quid luges & lamentaris? atrolle oculos in sanctam crucem! hæc crux confortat martyres, consolatur maestos, roborat morientes: hæc crux olim in agone, & in iudicio erit unicum tuum solatium! En? cur lapides S. Stephano dulces fuerint! &c.

De bono persecutionum.

2. Domine, ne status illis hoc peccatum. *Ad. 6.* Admirabilis erat caritas Sancti Proci-martyris, qua pro inimicis se lapidantibus Deum orabat: Domine ne status illis hoc peccatum! Quid commovere potuit Sanctum ad tam nobilem, generosamque virtutem? Exemplum Christi orantis pro crucifixoribus suis, & quia videbat, per hanc lapidationis persecutionem sibi viam ad caelestem patriam aperiri. S. Gregorius Nyssenus ait: *Non ignorabat athleta se per crudelitatem necessariam beneficium accipere, quare benigna precatione sanguinarius compensat.* Et Eusebius Emisenus: *Nec mirum, si eis necesse sit trahere, per quos sibi videtur aulam regni caelestis aperiri.* (Vide Barz. Sermon. 33. p. 32. & seq. Item Speranz. punct. 47.) En, mi Christiane, quam dulcis nucleus sub amaro persecutionis cortice delitescat! Quid tristaris? quid lamentaris? gratia tibi sit & beneficium per persecutiones; si bene uti illis noveris. Audi probationes: 1. Persecutiones sunt remedium ad emendanda, aut præcavenda peccata: singularis fuit Providentia Dei, quod Samsoni tunc in urbem Tamnata occurrit in via leo: Quare? penes viam dextrorsum & sinistrorsum erant florentes vineæ, Samson autem erat

Nazarus, cui interdum erat vinum: igitur apparuit illi catulus leonis, cum quo pugnare debebat, ne vinceret tentatione comedendi uras. Qui persecutionem patitur, longe industrius facit suum officium, & cohibet se a peccatis, &c. 2. Persecutiones promovent humilitatem, aliaque virtutes; qui nullam partem contradictionem. Longe altius certicem erigit, alioque despicit: cum autem suos sibi errores, & vitia explorari audit, infirmitatem suam agnoscere, pacem tenere, & proximum amare discit, adeoque persecutor est illi quasi sculptor, qui truncum delolat, ut pulchram ex eo imaginem efformet, &c. 3. Persecutiones prolant ad augenda merita juxta illud: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Joseph Aegypti Prorex iustis fratribus suis restituit pretium, quod pro empto tritico expendierant. Quare? ut compensaret illis beneficium persecutionis, seu venditionis, quod fuit remedium suæ exaltationis, &c. En! mi Christiane, quantum tibi prodesse possint persecutiones, si velis! &c. Vide Tit. Persecutiones! Item Barz. Sermon. 33.

De gratia ad vitam Christianam necessaria.

3. Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. *Psal. 20.* Fortitudo & constantia Martyrum in persecutionibus & tormentis v. g. resistere tyrannis, carnificum furorem despiciere, carceres & vulnera perpeti, ac demum vitam & sanguinem fundere pro Dei gloria, non est humane virtutis, sed gratiæ caelestis venientis ex alto, qua simul excitatur, & confortatur voluntas Martyris, ut viribus omnibus Dei auxilio cooperetur. Exemplum habemus hodie in primo Martyre S. Stephano, de quo vaticinatus Psalmista ita Deum alloquitur: *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis,* supra quæ verba S. Bernardus ait: *Triplex nobis necessaria est benedictio, præveniens, adjuvans, & consummans.* Vita vere ample Christiana, concinnum est quasi martyrium; pugnare contra tentationes, passiones subjugare, inimicos diligere, percutientem alteram maxillam præbere vix non martyrium est! necesse est igitur, mi Christiane, ut pro triplici hæc gratia Deum roges! Prima gratia est *Præveniens*, qua voluntas excitatur, & habilitatur, ad pugnandum pro Deo: Hanc habuit S. Stephanus in disputatione, ubi non

non poterat Judæi resistere sapientiæ & spiritui, qui ex eo loquebatur, &c. Altera gratia est *Adjuvans*, qua pugnans confortatur, & invincibilis redditur: hanc habuit S. Stephanus, qua heroica caritate pro inimicis rogavit, &c. Tertia est gratia *consummans*, quæ pro palma victorem vocat ad coronam gloriæ. Hanc habuit S. Stephanus, dum in celo aperto vidit JESUM Filium hominis stantem, & quasi procedentem ad coronandum, &c. Mi Christiane, hanc triplicem gratiam prævenientem, adjuvantem, & consummantem in hujus vitæ militia a Deo instanti exora, ut suo tempore pertinens ad coronam, instar Stephani, dequo illud: *Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso.* *Esc.*

In Festo S. Joannis Apostoli.

Anima estimanda propter gratiam & gloriam.

1. **C**onversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat JESUS, sequentem. *Joann. 21.* Duas vitas sibi Divinitus prædicatas vivit fidelis anima, quarum una est in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis (Vide hodiernum Breviar. 3. Nocturno.) una in labore, altera in requie, una in via, altera in patria, una in opere ætionis, altera in mercede contemplationis: una declinat a malo, & facit bonum, altera nullum habet, a quo declinet malum & magnum habet, quo fruatur bonum: una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat, prout loquitur S. Augustinus: Illa, nimirum vita gratiæ significatur per Apostolum Petrum, ista nimirum vita gloriæ significatur per Joannem; unde dicitur illi: *Seguere me!* De isto autem: *Sic enim volo manere!* Quid sequitur? Certe hoc, animam esse summæ estimandam tum propter vitam gratiæ in præsentem, quam propter vitam gloriæ in futuro. Audiamus utrumque! 1. Anima summæ estimanda, & curanda est propter vitam gratiæ in præsentem, quia per hanc fit filia Dei, cuius pulchritudinem Deus ipse concupiscit: si formarentur tot caeli, quot sunt arenulae maris, omnis eorum pulchritudo non posset comparari pulchritudini unius animæ. (Vide Pinamonti confid. 3. & 9. Item Trauer conc. 7. num. 1.) 2. Anima summæ estimanda & curanda est propter vitam gloriæ in futuro, quia per hanc fit sponsa Christi, & quidem immortalis per omnem

D. Claus Spicil. univers. Pars III.

æternitatem (Vide Barz. Ser. 2. §. 7. Et Pinamonti confid. 12.) O quantum æstimavit S. Joannes Apostolus humanam animam! cum post obitum Domitiani ex Insula Pathmos Ephesum revertetur, vidit ibi juvenem corpore, & animo elegantem, cujus curam Episcopo recenter ordinato commendavit. Ille juvenem quidem recepit in domum suam, sed adeo negligenter curam illius habuit, ut juvenis ad pravam confortia, & tandem ad turpam pradonum dilapsus, factus sit coriphæus & caput latronum. Id ubi S. Joannes postliminio Ephesum reverfus inauduit, alcum ingenuit, & regressus in silvam, ubi vel maxime prædationes fieri percipit, oviculum in lupum convertiam non sine periculo vite amico clamore vocavit. Apparuit tandem latro armatus, & vultum sancti sui Parentis agnoscentes, erubuit esse, qui fuit. Prostratus in genua cum lacrymis, veniam rogans, a Sancto Apostolo in urbem reducus austeram penitentiam egit, &c. Vide Specul. Exemplorum, Verbo Societas, num. 2. &c.

De vitio curiositatis, ejusque damnis.

2. Domine, hic autem quid? Dixit ei JESUS, quid ad te: tu me sequere! *Joann. 21.* Mundani homines, pravis habitibus obnoxii, cum in cathedris & sacris tribunalibus contra gravitatem peccati detonari audiunt, ad hæc monita, tanquam ad contrita nonnunquam aures arriunt, & firmissimo cum proposito cursum scelerum ad tempus sistant. Verum quia in radicem mali non indagant, plus non faciunt, quam hortulanus, qui loliam & zizantia falcem solum amputat, sed non eradicit; brevi enim fiet, ut sentes & urticae rursum e terra ubertim repullulent. Inter ejusmodi vitorum radices est noxia curiositas, quam Christus Dominus hodie in Petro improbat: *Quid ad te? tu me sequere.* Videamus, quæ mala consequi possint, & soleant ex hac animi passione, sequiorumque magis quam alteri congenita, nisi freno prudentiæ & mortificationis coercetur. Curiositas hæc triplex est, in videndo, in audiendo, & in sciendo. 1. *Curiositas in videndo* heu! quanta mala post se trahit! Terrori nobis sit Dina Jacobi filia, quæ, ut videret gentiliū mulierum vestitum, ingressa est urbem Sichem. Sed a Principe urbis vicium vite turpissime inhonorata est. O quante iniuritiæ, bella, rapine, incendia, & cædes secutæ sunt ex hac curiositate. Y fitat

fitate Dinz! (V. Barz. Sermon. 28. n. 16.)
Taceo infelicem David, de quo S. Chryf.
ait: curiosus obtutus radix est adulterii,
&c. 2. *Curiositas in audiendo* non minus
nocens est! S. Hieronymus deplorat,
quod multum temporis perdat per il-
lud, laudare, & detrahere, audire & pro-
loqui: verum minus dolendum foret,
nisi præter iacturam temporis graviora
mala sequerentur. Multi in otiosis con-
fortiis, quia vera non semper suppetunt,
nova fingunt, fabulas narrant, in mo-
res aliorum inquirunt, non sine irrepara-
bili damno famæ alienæ, &c. 3. *Curiositas in sciendo* eadem fere nocentia
parit: Eva in paradiso, dum pomum ve-
ditum intuita est, scire cupiebat, quem
gustum, saporem, odorem, effectumque
haberet, hic fructus & hæc curiositas in-
felicissimi peccati origo fuit. (V. Spe-
rud. pund. 114.) Plinius incendium Ve-
suvii, Empedocles, incendium Æthiæ
exploratus, utroque perit. Sic curiositas
infamia corporis & animæ post se
trahit. Vide Menoch. cent. 8. c. 14.

De signis amoris Dei.

3. *Vidit illum Discipulum, quem dili-
gebat Iesus, Joan. 21.* Diligere Deum est
virtus excellentissima, sed vicissim a Deo
diligere est excellentissima felicitas, quæ
hominem beatorem facit, quam sceptrum
& coronæ totius mundi. Unde ergo S.
Joannes hanc felicitatem promeruit,
quod fuerit præ ceteris Discipulis a Chri-
sto dilectus! Promeruit ex hoc, quod
sincerum suum amorem erga Christum
evidentibus signis probaverit. Quamnam
sunt hæc signa? Audiamus! Primum sig-
num amoris fuit conformitas suæ cum
Divina voluntate; hinc in ultima cæna
caput suum cum omnibus potentiis in
sinu Divini Magistri deposuit, eisque
sanctissimo pectori appressit, ut sic Divi-
ni cordis voluntatem quasi proximior
sensu exploraret. Eundem in modum stu-
dedit Christianus Dei voluntati se con-
formare. (V. Tit. Conformitas cum vo-
luntate Divina) Alterum signum amo-
ris fuit amor proximi, quo animas a
Christo dilectas ingenti cum zelo ac so-
licitudine curabat, ita, ut præ ceteris
dignus fuerit, cuius curæ Beatissima Dei
Mater post mortem Christi fuerit de-
mandata. Eundem in modum studeat
Christianus diligere proximum. (Vide Tit.
Caritas proximi.) Tertium signum
amoris fuit, pati libenter pro Christo

& cum Christo; ideo fugientibus om-
nibus Discipulis ipse usque ad mortem
Redemptoris cruci adhasit, &c. Eundem
in morem distat Christianus liben-
ter pati pro Deo. (Vide Tit. Patien-
tia) Et sic cum triplici hoc signo suum
erga Deum amorem probaverit, speret,
se vicissim a Deo esse amandum, &c.

In Festo Sanctorum Innocentium.

*Quod filii premature emoriantur, culpa
est penes parentes.*

1. *Herodes iratus occidit omnes pueros
in Bethlehem, & in omnibus vicin-
iis ejus. Matth. 2.* Ex hodierno Evan-
gelio solvitur illa quæstio, cur Divina
Providentia sepe filios in tenera ætate
pro morte abripit, qui Ecclesie aut Reipub-
licæ cum tempore insigniter prodesse po-
tissent? nempe ideo hoc facit, quia præ-
videt hos filios, si superviverent, pessime
pervertendos esse. Hæc de causa permisit
eadem infantum a crudeli Herode para-
dam: quia si pueri illi ad ætatem adul-
tam pervenissent, certo cum ceteris in
noceam Christi conspirassent, clamantes,
crucifige! crucifige! prælat illos jugulari,
quam fieri interfectores Redemptoris! Hæc
ipsa de causa hodie dum Deus filios paren-
tibus eripit, quia prævidet illos ob malam
educationem interituros. Quenam est hæc
mala educatio? Loquamur de erroribus
negativis, seu peccatis omissionis a paren-
tibus admitti solitis! *Primus error*, seu
negligentia parentum est, quod filios a
teneris in rebus fidel non instruant; quam-
primum puer ad diluculum rationis ve-
nerit, instruendus est, quod a Deo crea-
tus, & quem in finem creatus sit? quod
Deum semper amare & timere, & ad cæ-
lum tendere atque præ omnibus aliis, pec-
catum fugere debeat, sic fecit Tobias, ad-
monens filium: *Omnibus diebus vite tuæ
in mente habeto Deum, & cave, ne ali-
quando peccato consentias:* hoc aut simile
documentum a parente filiolo supra men-
sam, aut alias inculcatum profundius hæ-
ret in illius phantasia, quam decem
alia catechistarum aut Ludimagistrorum,
&c. *Secundus error* aut negligentia paren-
tum est, quod filios in legendo & scri-
bendo erudiri non sinant, adeoque illos
pro omni vite tempore infelices reman-
ent, non enim sciunt miseri, quomodo
diebus festis utiliter occupare se
possint, non addiscunt solide usus amo-
ris Dei, & contritionis de peccato, adeo-
que

que dum in intellectu obstippi & rudes
manent, facilius ad inhonestam dilaban-
tur, prout docet experientia, &c. *Tertius
error*, seu negligentia parentum est, quod
filios tota die extra domum evagari per-
mittant, neque curent, aut attendant,
ubi & cum quibus versentur, adeoque mi-
norem curam habent filiorum, quam pe-
cudum, si sub vespertino pastore ad sta-
bulum non revertantur. Unde fit, quod
inligante demone miseri in malis so-
cios & pessima consortia incident, at-
que in tenera ætate addiscunt, quæ ad
eternam quæ seneclutem seire non debuis-
sent. Quæ causa est, quod pueruli ple-
rumque primævam Baptistini innocentiam
ultra septennium non conservent? causa
est hæc incuria parentum. O Deus abri-
pe præcoce morte hos infantes, præstat
illos hodie mori, quam cum tempore
una cum parentibus damnari! Vide Tit.
Parentes, &c.

*Supra Herodianam militiam est, filios
anima tenus occidere.*

2. *Occidit omnes pueros in Bethlehem.
Matth. 2.* Herodis latrocinium est, quo in-
nocentes pueros, quaterdecies milles
in circa, ut opinantur Sancti Patres,
crudeli morte concessit, omnia mundi
scæla usque ad extremum diem detestantur.
Venerum major est illorum crudelitas,
qui innocentes filios non jam corpore
sed anima occidunt. Quinam sunt illi?
Sunt multoties ipsi Parentes! Locuti su-
mus de peccatis omissionis in educatio-
ne prolium, loquamur nunc de aliqui-
bus peccatis commissionis, quibus filii
depravantur. *Primus error*, seu peccatum
parentum est, cum in rebus suis, viden-
tibus, aut audientibus filiis incaute a-
gunt, vel cum forte dissidiosis invicem
vivunt, in injurias, aut juramenta mutua
effunduntur. Quid sit? Germanorum li-
beri non loquentur Italice nec Italorum
Germanice: ita filii hanc loquelam, &
mores parentum itatim addiscunt: He-
rodias erat effrons & impudens: Quare?
Quia Mater talis erat: Quid poterat de
adultera Matre discere, nisi damnum pu-
doris, ait S. Ambrosius, &c. *Secundus
error*, seu peccatum parentum est, cum
delicta puerorum non tantum non casti-
gant, sed cum risu, & applausu distim-
ulant: cum filiola sexennis aut septennis
pam vanitatis se accommodat, aut in ver-
ba indecentia erumpit, lætantur parentes,
& putant, hoc esse indicium generosæ in-
dolis. Eheu! quantum nocet hæc indul-

gentia! sic vitia cum liberis adolefcunt,
& parentes se Deo reddunt invidios: Hæc
reptum interitæ abieptus est, quod filios
delinquentes non corripuerit. *Tertius er-
ror* & peccatum execrabile parentum est,
cum inlimis filios ad malum instigant,
cum pater infans filium, quomodo dex-
terime clepere, & longos digitos facere
possit, cum Mater erudit filiam, quomo-
do ad vanitatem se componere, & spon-
so paratam se, blandamque exhibere de-
beat: De his certe dicendum venit,
quod Imperator Augustus de Herode in-
fanticida dixit: Mallet esse porcum, quam
filium Herodis, &c. Vide Tit. Parentes.
Item Menochium cent. 10. c. 37.

Filii sæpe infelices ex negligentia parentum.

3. *Occidit multos pueros in Bethlehem.
Matth. 2.* Hactenus demonstratum est,
etiam inter Christianos dari Herodes in-
fanticidas, non quidem quoad corpus,
sed quoad animam. Superfluit educatio
luculenti errorum parentum in huiusmodi
prolium. *Primus error* est, cum filiis ne-
cessaria quoad victum & vestitum non
procurant; unde miseri, cum seitu & jus-
tu parentum, mendicatum excurrunt, at-
que insidiante demone, in pessimas oc-
casiones & scælera incurrunt: hoc ordi-
narie fit inter pauperes, qui conjugia so-
lum ex sine bestiis communi quarunt,
horum proles, quibus alendis pares non
sunt, plerumque debent in manus carni-
ficis incidere. Vt Magistratibus, qui
ejusmodi conjugia se non opponunt? &c.
Secundus error eorum est, qui filios super-
flua omnia ad vanitatem, adeoque etiam
pecunias, subministrant, quibus cum illi
ad concédias, ad hospitia, ad choreas
pro libitu excurrere possunt. Pessime fecit
ille Paterfamilias, qui filio portionem
substantia, quam petiit, dedit; sic enim
ille in exteris regionibus libere puel-
ciendo, tandem inter porcos, porcis si-
millimus factus est, &c. *Tertius error* paren-
tum est, cum filios invidios contra suam
vocationem ad statum, quem nolunt, vi
aut minis compellunt. O *divinum Patrem,
o servam Matrem*, exclamat S. Bernardus.
Cui suffragatur Doctissimus Marchianus
iniquis: *Inde in Religione, & claustris
(Dicamus etiam in coactis matrimonii)
tot infans, tot scandala, quin plures re-
pouunt non a Deo vocati, sed a parentibus
instructi.* O quam longe melius huiusmodi
filii in infantia fuissent ab Herode occi-
si, quam a parentibus ad infernum pro-
moti. Vide Tit. Parentes, &c.

In Feste Circumcisionis Domini.

Christianus (sispum interroget: qui sui? quis sum? quis ero?)

1. *Postquam consummati sunt dies octo, vocatum est Nomen ejus Jesus. Luc. 2.* Laudeur provida Sanctæ Matris Ecclesiæ dispensatio, qua festum Circumcisionis primam anni inuentis diem constituit, ubi Dei Filii Sanctissimum Nomen JESU recepit. Ego autem existimo, non male acturum hominem Christianum, si hodie, na die, primam vitæ suæ diem, qua sub auspiciis Divini Creatoris in lucem hanc editus, nomen Baptismale recepit, sibi ante oculos ponat. Quid ergo considerare possum in hac die? Tempus præteritum, tempus præsens, & tempus futurum. Dabo instructionem, & modum: 1. Interroga teipsum, quis fueris? Ab omnitate purum putidum nihilum, sicut defecto est homo nondum genitus, nisi quod ab omni æternitate exiteris in mente Dei. Prævidit jam tum Providissimus Deus omnem vitæ tuæ periodum, perpenderit opera tua bona, pauca & exigua, numeravit peccata incomparabiliter plura ac graviora, ideo potuisset justissime te relinquere in nihilo, & loco tui creare Angelum, aut hominem sibi fidelem. Nihilominus misericordia, & Bonitate sua motus produxit te in tempore, & quidem in sancta salvifica fide, præ millenis aliis; quos inter barbaros & infideles relegavit, addidit tibi nomen alicujus Sancti, cujus patrocinio frui, & exempla virtutum imitari posses, & deberes. 2. Interroga teipsum, quis modo sis? Christianus sum, inquis! Dic, an talis, qui spem, seu intentionem Creatoris tui reipsa complevisi? Christianus Christum imitari debet nam agendo, quam patiente. Agendo quidem, qua quid agere debeas, tibi ostendit tabula Decalogi, cui subseripsit Deus: qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me! an amorem tuum & fidelitatem erga Deum demonstrasti observatione mandatorum! O quot transgressiones & peccata numeras! An forsitan patiente, Deo gratior fuisti? En! Christus parvulus hodie initium dat suæ passioni; profundit in aurora aliquot sanguinis guttulas in pignus, & carum, quantum sanguinis pluviam ad vesperam sic daturus, prout loquitur Bernardus (Vide Særanam punct. 150.) Quid tu hæcenus amore Dei passus es? Nonne

ad unum verbum aculeatum, ad diem unam efuriosum, ad jacturam unius oboli in furias exaradesit! O quam merito Deus repetere de te potest illa verba: Poenitet me fecisse hominem! 3. Interroga teipsum, quis futurus sis? In ambula modo in bivio ad æternitatem live beatam, sive infelicem! apice cælum, ibi Christiani tui similes in gloria æternam gaudebant de omni opere bono, quod amore Dei præstitissent, & de omni malo quod amore Dei sustinuerunt! conlice oculos in infernum, ibi damnati inter tormenta & ejulatus suspirant unicam diem, quam tu male perdisti! O si hanc essent obtenturi, quam acerbam, & terribilem poenitentiam essent aligri! Hæc omnia considera, delibera, elige! Vide Beneficium Creationis, Homo Christianus, Infernus, &c.

Quomodo hic felix, novus, annus esse debeat?

2. *Postquam consummati sunt dies octo. Luc. 2.* Fervent hodie amicorum vota erga amicos, ubique resonat aggratulatory: *Felix, novus annus!* idipsum, ne prolixis verborum ambagibus utar, idipsum, inquam, vobis apprecari, simulque vos intruere cogito, quomodo *Felix*, quomodo *Novus*, & quomodo *Annus* esse possit. 1. *Felix* erit hic annus, si non nostræ, sed Divinæ Voluntati in omnibus sit conformis. Si Deus prospera nobis dederit v.g. valetudinem, fortunam, amicorum favores, osculemur beneficium illius manum, & omnia bona in acceptis referamus summo Benefactori, a quobona omnia procedunt. Si Deus adversa nobis submiserit, calamitas, infortunia, inopiam, osculemur etiam punientem manum, & resignatissimo animo accipiamus mala, per quæ Deus nihil aliud intendit, quam bonum nostrum spirituale, & æternum. S. Remigius ob prævisam annonæ caritatem horreum frugibus complevit, quod aliqui avaritiam interpretantes illud succenderunt. Sanctus Vir hæc injuria adeo non fuit commotus, ut cum lætitia se apud ignem calefecerit. 2. *Novus* erit annus, si vitam antiquam serio emendantes poenitentiam de commissis agamus, mandata Domini observemus, & peccata omni cum sollicitudine fugiamus! Recedant vetera, cant Angelicus Doctor in hymno, nova sint omnia (Vide Særanam punct. 150.) Quid tu sint cogitationes, sancti discursus, sanctæ

actio-

In Feste Epiphaniæ Domini.

Hodie Deo offerendum est homagium Sacramenti Baptismi.

1. *Quoniam natus est Jesus in Bethleem Judeæ, Magi ab oriente venerunt Hierosolymam. Matt. 2.* Cum maximus cæli, terræque Dominus, humana specie velatus in hunc mundum descendit, ut illius quasi possessionem caperet, recte tres Orientis Reges, nomine totius humani generis, ad præsepe Bethleemicum adventantes, homagium illi præstiterunt, & offerendo thus, aurum, & myrrham se vasallos magni hujus Domini humillima cum subjectione professi sunt. Ideo hodie dum ad hujus subjectionis exemplum omnes fere Sacri ordines vota sua Religiosa instaurant, & de novo se Deo consecrant. Quid nos agemus in Dei Domini nostri honorem, & nostram subjectionem? Agite, renovemus homagium in Baptismo præstitum, offerendo homagium in Baptismo actum, quarum habitus in Sacramento regenerationis nobis insunt. Idem, thus fides, myrrham spes, & aurum caritatis ad rem! 1. Offeramus thus fidei in odorem suavitatis coram Deo! Quid est fides? Est veritatis naturalis & firmissimus assensus supernaturalis & firmissimus propter auctoritatem Dei revelantis. Gratiæ agamus infinitas Deo Optimo Maximo propter inestimabile, & indebitum profusum beneficium Vocationis ad salvificam fidem, rogemus humillime, ut nos in hac sancta fide usque ad ultimum vitæ halitum conservet, promittamus Deo, quod illam non tantum verbo, fed etiam opere, id est, continuo virtutum exercitio profiteri velimus! 2. Offeramus Myrrham Spem! Quid est spes? Est cæta expectatio æternæ beatitudinis, proveniens ex Dei gratia, & nostra cooperatione. Exhibeamus Deo hanc virtutem sub specie myrrhæ, quia non est sine amaritudine, & difficultate, pugnare contra continuas tentationes, rogemus Deum, ut semper nobis confortando assistat, affectus terrenos in cordibus nostris extinguat, & mentes nostras ad cælestia desideria erigat. Cooperemur gratiæ Dei, & meritis Christi Redemptoris in hunc finem gratia nostra conjugamus. 3. Offeramus Aurum caritatis, illam nempe virtutem sanctissimam, qua diligimus Deum super omnia, proximum vero sicut nos ipsos! in quo consistit

Y 3 hzc

affectionem omnium exempla. 3. Annus denique erit, si nihil temporis Deo subtrahamus! hæcenus annum in anno non viximus, fed vix mensem, aut septimanam! si subtrahatur, quod somno, otio, etu & potu, idelicis & nugis perdidimus, quantum temporis de anno supererit? Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus, ait Seneca. Deinceps Deo ita vivamus, ut etiam opera necessaria per sanctam intentionem Deo consecremus, &c. Vide Tit. Intentio Bona.

Quomodo sanctissimum Nomen Jesu venerandum, & usurpandum sit?

3. *Vocatum est Nomen ejus Jesus, Luc. 2.* Quid possum vobis hodie sanctius, salutaris & utilius pro strenua, seu Xenio offerre, quam sanctissimum Nomen Jesu, in quo omne genua curvetur caelestium, terrestrium & infernorum? hoc sanctissimum Nomen solatum est in afflictione, robor est in periculis, scutum est contra tentationes, fulmen est contra malignos spiritus. Quid vultis amplius? Nihil amplius! solum in eo hæremus, quomodo, & qua ratione utiliter usurpanda sit hæc panacea SS. Nominis attendite, edocebo! 1. Sanctissimum Nomen Jesu gerendum est in *Fronte*, id est, in cogitatione, cum reverentia, & confidentia, ut semper sit presentaneum remedium contra obvias quasque adversitates: sic Christus ipse in specie pulcherrimi juvenis apparuit S. Edmundo, Nomen Jesu in fronte bona, & S. Henricus Suso illud in ejus festo, præsertim calendis Januarii cantilenis venerabatur; unde Christus sub specie amabilissimi parvuli illi apparet nomen Henrici in nomen Amandi commutavit. 2. Sanctissimum Nomen Jesu semper gerendum est in *corde*, sic post martyrium S. Ignatii Episcopi in corde ipsius inventum est nomen Jesu, unde nihil cogitare, nihil loqui, nihil amare poterat, quam Jesum. 3. Sanctissimum Nomen Jesu semper gerendum est in *ore*, ad morem sancti Pauli Apostoli, cujus abscessum caput ter a terra exiliit, & ter simul Nomen Jesu inelamavit. O! det nobis misericors Deus, ut in morte, ultima nostra tria verba sint sanctissimum Nomen Jesu, Jesu, Jesu! Vide Tit. Nomen Jesu &c.

D. Claus Spicil. univerf. Pars III.

hæc caritas Dei? consilii præcipue in observatione mandatorum, & fuga omnis peccati mortalis, ita ut simus parati, potius omnia bona transitoria, honorem, divitias, & vitam ipsam perdere, quam Deum graviter offendere. En! hæc est renovatio homagii Baptismalis, credere, sperare, amare. Vide Flores Doctorem, Verb. Nativitas, n. 1.

Hodie novum vitæ genus inchoandum, Et peccata emendanda sunt.

3. Per aliam viam regressi sunt in regionem suam. Matth. 2. Vetus testamentum per quater milenos annos & amplius fuit Lex timoris. Deus non alia facie apparuit, nisi inter fulmina & tonitrua: peccata sine mora punivit diluviis, incendiis, mortibus repentinis, per Prophetas suos vaticinia promulgavit terribilia; hinc miseri peccatores terroribus percussi, ad idola, & demonis simulacra distiterunt. In nova Lege Deus longæ aliam scenam aperuit, amoris & mansuetudinis. En! humana carne velatus peregrinus reges, humiles pastores, ipsosque peccatores ad assatum admittit: Gratulatur vobis miseri peccatores; huc advolate, hic cordis vestri vulnera aperite, peccata lacrymis deplorate, & ego Dei Nomine vobis veniam & Misericordiam promitto. Verum, ut non disitear! Est, quod me valde sollicitum habet. Et quod illud? De sanctis Regibus, qui Christum adorant, dicitur, quod per aliam viam regressi sunt in regionem suam. Ita, mi peccator, sollicitus sum, non tam de tuo accessu, quam regressu; audi S. Chryso. stomum: *Venisti per viam fornicationis, ambula per viam castitatis; venisti per viam avaritiæ, ambula per viam elemosinæ.* Peccata per penitentiam remissa non amplius repetenda, sed emendanda sunt per contrarias virtutes. &c. Quodsi in pristinam viam scelerum regressaris, tam superbus quam antea, tam avarus quam antea, tam luxuriosus quam antea, audi quid subnectat Chrysothomus: *si autem per viam redieris antiquam, iterum sub regno vadis Herodis.* Et quid fiet? Manuissimus Deus, qui nunc in primo adventu peccata tibi misericorditer remittit, in secundo adventu, id est, in iudicio tanto acerbius vindicabit. Probationem habes manifestam in Evangelio! Cum Sancti tres Reges Hierosolymis quærebant: ubi natus est Rex Judæorum? *Turbatus est Rex (Herodes)*

Et omnis Hierosolyma cum illo supra quod exclamat S. Aug. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbus Reges cum turbant infantis? Vide Barz. ferm. 22. n. 8.

Vitæ hujus peregrinatio ad finem ultimum dirigenda est.

3. Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, &c. Disceptant & disceptant auctores inter se, ex qua regione tres Magi Hierosolymam venerint? alii putant, ex Perside, alii ex Mesopotamia aut Chaldaea, alii denique ex Arabia, quod præ ceteris certius est, juxta illud; *Reges Arabum, Et Saba dona adducent.* (Vide Menoch. cent. 2. cap. 75.) Sed quidquid de hoc sit! Ad animæ nostræ utilitatem conducti, ut in Magorum itinere vitæ nostræ, quæ mera peregrinatio est, periodum, id est, terminum a quo, terminum per quem, & terminum ad quem considerantes, quid in singulis agere, aut fugere debeamus, prudenter decernamus. 1. *Terminus a quo* (prouc sub presentem considerationem venit) est cuiusvis status sive facer sive profanus, quem homo Deo vocante præ ceteris elegit. In hoc statu caveat homo, ut non ob commodum temporale, sed unice ad Dei gloriam vivat: Princeps Sichei circumcidit se, & tamen post circumcisionem interfectus est; quia iudaismum assumpsit non propter Deum, sed propter Dinam Jacobi filiam, ut hanc in uxorem haberet. Qui commoditatem, non sanctitatem quærit, milles impinget sine adjumento gratiæ & de salute periclitabitur, &c. (Vide Barz. ferm. 25. n. 3. & ferm. 39. §. 5.) 2. *Terminus per quem* sunt creaturæ & utilitates terrenæ, quibus homo in statu suo fruitur, uti honores, divitiæ, delicia. Has despiciere, animum ab illis avellere, & neutquam inhærere debet, &c. (Vide Tit. Honores mundani, Divitiæ &c. 3. *Terminus ad quem* est unice Deus, ad quem tanquam finem nostrum ultimum nati & creati sumus, &c. (V. Tit. Beatiudo, Finis ultimus &c.) Felix qui a seculo seculum attingit, infelix, qui a creaturis deceptus ab eo aberrat! &c.

In Festo S. Sebastiani Martyris.

Quid agendum, ut patrocinium S. Sebastiani contra plagas universales nobis profici.

Venerunt ut audirent eum Et sanarentur a languoribus suis. Luc. 6. Principes

ceps Cleonius, ut suos subditos ab hoste oblectos confortaret, hoc astu usus est: Militem inter medicos obfidentes clam misit, qui sagittam in urbem jaculabatur, cui inscripta erant hæc verba: *Confortamini, & estote fideles, ego Cleonius in auxilium venio!* En! quantum hæc sagitta oblectis civibus profuerit. (Vide Barz. ferm. 50. n. 5. O Dilectissimi! in hac misera vita obfideamur ab innumeris malis tam corporis quam animæ rogemus S. Sebastianum, ut sagittas suas, quibus Martyr confixus est, Deo pro nobis offerat, & audiamus, quid porro nostrarum partium sit, ut a malis impendentibus liberemur; 1. Mala corporis, quibus affligimur sunt bella cruenta, cædes innumera, excidia urbium, depraedationes regionum, fames, inopia, & exilia miserorum, quibus a multis annis misere devastata patria nostra ingemiscit, & adhuc terribiliora expectat. Præluia in calis, in aere, in terra, in elementis, in morbis proflus incognitis pessima nobis prænuntiant (Vide Tit. Plaga Universales.) O Sancte Sebastiane, tu scutum obende iracundiæ Divinæ; offer pro nobis merita tua, sagittas tuas! &c. Confidite Dilectissimi, Sanctus Martyr erit noster patronus, & protector potentissimus! id unum ex parte nostra necessarium est, ut sanctis eius precibus cooperemur. Quomodo? per seriam penitentiam, detestando peccata præterita, & præcavendo futura, nimis enim certum est, quod temporalia mala omnia causentur a peccatis. Vide Tit. Bellum. Item Peccatum &c.

Peccatum omnium malorum causa est.

2. *Audirent eum Et sanarentur a languoribus suis. Luc. 6.* Generale est artium omnium & totius naturæ principium, non posse produci effectum bonum & optabilem, nisi prius contrarii obices removeantur, v. g. loquendo de arte Medica, ut afflicta valetudo reparari, necesse est ante omnia, ut vitiosi humores, morborum fomenta, per pharmaca purgantia evacuentur. Pari modo in particulari, nulla civitas, nulla Respublica, imo nulla domus privata poterit tranquilla pace, & prosperitate frui, nisi prius malorum omnium fons & origo tollatur, & eliminetur. Quis est ille fons & origo malorum? Revera peccatum est! ex hac venenosa radice profulsulant mala universalia, uti bella,

fames, pestes, & alia, quibus integra regna affliguntur! Audite probationes! 1. Peccatum infelicium bellorum, & exodium causa est! cum Holofernes Judæorum gentem excindere velle, suavit illi Dux Achior, ut prius exploraret, & ratione Israëlitæ se cum Deo suo haberet; scio enim ab experientia, si pie vivunt, sunt invincibiles: si vero impii sint, Deus illos facile tradet inimicis in prædam, eosque, tanquam vas veneno, aut vestem peste infectam abjiciet, &c. (Vide Paciuch. leç. 10. §. 2. & 9.) 2. Bellum & devastationes regionum ordinarie consequitur fames, quæ est calamitatum maxima; per bellum enim & gladium cito conficiuntur homines, sed per famem lenro tormento conficiuntur; hinc innumera confurgunt scelera, dicente Phylone: *Attrixit frontis est egestas, nihil pudet, modo vivat.* (Vide Tit. Fames, Peccatum.) 3. Cum bella & fames seviræ cessant, ordinarie succedit pestilentia, terribile malum! Deus Davidem puniatur septennem famem, vel trimensem bellum, vel triduanam pestem mitatus est: Ergo videtur, triduanam pestem esse æque grave malum, quam trimensem bellum, aut septennem famem, &c. (Vide Mich. a Calvo conc. 12. §. 2. n. 6. Et Barz. ferm. 68. n. 20.) Cum igitur, Christiani mei, hodie S. Sebastianum enixe rogaris, ut contra mala hæc terribilia suo patrocinio nos defendat, ante omnia necesse est, ut peccatum, tanquam radicem totius mali eradicetis; operam dent Superiores, qui tollant publica scandala! Operam dent Domini, ut compescant impudentium famulorum! Operam dent Parentes, ut filios retrahant a pravis consortiis! cessent juramenta, ebrietates, choreæ, & alia vitia; & tum demum S. Sebastianus non deerit nostris precibus; ut nos poterit protegat, & temporum tranquillitatem nobis a Deo exoret, &c.

Quomodo miles Christianus pro Deo pugnare debeat.

3. *Sancti per fidem vicunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes. Hebr. 11.* Militia est vita hominis super terram! quilibet ergo Christianus est miles Christi, qui, quam vis spirat, pugnare debet contra mundum, carnem & demonem! vexillum, sub quo pugnandum, est Sanctissima Crux, in qua redempti sumus! Dominus, pro

quo pugnandum, est Divinus Redemptor, ejusque honor & gloria; merces fere palma victorie est regnum caeleste & aeterna salus. Quid autem requiritur ex parte militis Christiani, ut vincat, & triumphet? Audiamus! 1. Requiritur, ut sit Dominus *Fidelis*, veniet quidem mundus, & primo blanditiis, dein si haec non proficiant, terroribus ac minis cum avocare a Domino, & ad partes suas trahere conabitur. Verum ille imperturbabili constantia firmus stet, paratus potius vitam, quam juratam in Baptismo fidem perdere! &c. 2. Requiritur, ut sit convenienter *armatus*, & quidem duplici armatura, ita, ut tam cominus, quam eminus hostem oppugnet, & repellere valeat. Infernalis inimicus suis tentationibus Christianum militem cominus aggredi solet; huic opponat scutum fidei, & veritates aeternas. Carnem autem ab eminus sagittis repellat, aut potius fugiat, quam dolosissimum hostem sibi propinquare permittat. (Vide Tit. Tentationes.) 3. Requiritur, ut sit *generosus* & in quibusvis periculis imperturbatus, adeoque paratus, potius tormenta, vulnera, ipsamque mortem sustinere, quam a mandato Principis vel latum unguem recedere. Talis miles Christianus fuit S. Sebastianus, Fidelissimus Deo, Imperatoris munera & minas despexit, sagittas, mortemque ipsam subit; hinc apparuit illi Christus Dominus, datoque osculo dicit: Tu perpetuus eris mei palatii caelestis Satrapa! tu mensura perpetuus conviva! tu sempiternus meae collegae gloriae. Studeamus, Dilectissimi, imitari sanctum militem, ut fideliter, & generose pro Deo pugnantes ac triumphantes, aliquando in morte tam gloriosam promotionem audiamus! &c.

In Festo Purificationis B. V. Mariae.

Deo offerenda sunt opera supererogatoria.

1. **P**ostquam impleti sunt dies purgationis Mariae. Joan. 2. Quid audio hodie? An ergo Beatissima, & immaculata Dei Mater Maria Legi purificationis, quae solum pro mulieribus immundis lata est, se subicit; quid ergo macula in se habet, quam purificari velit? Nihil habet, respondet S. Bernardus: O Beata Virgo, vere non habes causam, nec tibi opus est purificationis, quia sicut sol gratia plena es. Cur ergo ut lana defeciuosa inter ceteras mulieres apparere voluit,

ut humilitatis virtutem exerceret, & cum Deo liberaliter ageret, non tantum implendo obligatoria, sed etiam ascendendo ad voluntaria & ultra. O quam utilis haec doctrina pro nobis! Dificultatis, quam utile & necessarium sit, ut per opera bona liberaliter agamus cum Deo, & pro majori securitate salutis, ultra debitum & obligationem thesaurum meritorum majorem colligamus. Procedamus per puncta! 1. Certum est, quod bona opera necessaria sint ad salutem: sicut Romani Belliduces, cum triumphos agebant, victos reges & trophaea post se traxerunt: ita qui in caeleste capitulum triumphaliter admitti cupit, similiter sua opera, cruces, & exaltatas pro Deo tribulationes secum ducat necesse est, hinc Christus ait: Qui vult venire post me, tollat crucem suam. (Vide Segneri Manna an. 14. Jul. n. 6. Item Speranz. punct. 25.) 2. Certum est haec de causa, quod opera bona in judicio futura sint unicum solatium, ubi velut triticum in area ventilabuntur: *Purgabit aream suam!* (Vide Barz. Serm. 31. n. 2.) 3. Certum est, haec opera bona post tota die inter labores & negotia continuari; sicut in circulo pes unus in medio firmus haeret, altero circumcurrente; ita cor Christiani caritate potest esse affixum Deo, dum pedes, manus, oculi negotia conficiunt: unica pia oblato, & aspiratio hos labores meritorios reddit, ita ut aeterna mercede coronentur. (Vide Corn. a Lap. Eccli. 47. v. 10. Item Eccli. 33. v. 24.) 4. Certum est, quod homo Christianus his quotidianis non debeat esse contentus, sed interdum ad altiora asurgere, monente Apostolo: *Sic ambuletis, ut abundetis magis.* Sic Beatissima Virgo ultra debitum Legit se humilians purificationem in templo subit: Et Divinus Redemptor, qui uno habitu, aut una sanguinis guttula hominem redimere potuisset, sanguinem omnem cum vita profudit; ita homo Christianus his exemplis animatus supererogatoris operibus Deum venerari, & adorare debet. Vide Tit. Bona Opera. Item P. Segneri Manna 2. Martii n. 3.

Beatissime Virgini accendende candela, & commendanda.

2. **L**umen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Joan. 2. In terra sancta quatuor leucis ab Urbe Hierosolymitana, oppidum est, dictum Ochi,

Ochi, ubi pius Eremita specum incoluit: hic Deipara statuum quatuor secum habuit, & pie venerabatur, dum ipse subinde ad sacra loca visenda proficisceretur, ceruum accendere, ejusque curam Deipara commendare solebat. Et eum reversus domum, ceruum semper accensum reperit, nec minima sui parte consumptum, prout testatur Sophronius. Dilectissimi, dum hodie festum est candelarum, vellem, ut quatuor candelas, quarum usum Ecclesia ad utilitatem animae nostrae admittit, & approbat, in memoriam revocare, easque semper arsuras sanctissimae Purificatae Virgini commendare studeatis. Quenam sunt haec quatuor candelae? Percipite! 1. Est candela, quae nobis in Sacramento Baptismi in manus tradita est, una cum verbis his: Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum, serva Dei mandata! hujus candelae memoriam semper conserva, mi Christiane, semper animo recole, quid Deo ibi promiseris, observa mandata Dei, tentationibus oppone hoc lumen fidei, & si forte, quod Deus avertat, peccati nocte extinctum sit, penitens recurre ad Beatissimam, rogas, ut illud in te reaccendat, & perpetuo conservet. (Vide Tit. Patrocinium B. V.) 2. Est candela benedicta, quam in tempestatibus & tonitruis accendere solemus. Hanc, mi Christiane, in periculis & tribulationibus, dum tracto Numine, poena peccatorum vindices ingruunt, singulariter Beatissimae Virgini commenda, & sub ejus praesidium confuge, quia est refugium peccatorum. (Vide Tit. Patrocinium B. V. in necessitatibus temporalibus.) 3. Est candela mortualem, quae agonizantibus in manus traditur: hic singulariter roga Beatissimam, ut illa nocte tristitiam cum tota aeternitate luctanti feliciter tibi luceat. Gratulare etiam fenculo Simeoni, quod tantum mortualem: *Nuptiam dimittit Domino &c.* in praesentia Mariae exorsus sit; quia non est felicitior mors, quam in praesentia Deiparae. (Vide Tit. Patrocinium B. V. in morte & judicio.) 4. Denique sunt candela, quae post mortem pro defunctis accenduntur. Tu Beatissima humiliter supplica, ut dum haec flammulae piaculares pro te ardent in terris, illa tibi in purgatorii flammis Divino Filio impetret refrigerium & aeternam quietem in caelis. (Vide Tit. Patrocinium B. V. erga animas purgantes, &c.) Id omne si impetremus hodie,

possumus cum Ecclesia in Ineritu Missae laetanter cantare: Suscepimus Deus Misericordiam tuam in medio templi tui: Maria enim est templum Spiritus Sancti, & Mater Misericordiae, &c.

Omnes hominum statum in templum confusum ad Jesum & Mariam.

3. **T**ulerunt illum in Jerusalem, ut scirent eum Domino. Joan. 2. In hodierno Evangelio erudiunt omnes Christiani, quo refugium suum & auxilium quaerere debeant, ut obligationibus muneris sui & status coram Deo & conscientia satisfaciatur. Ita annotat Dionysius Cartusianus: *Quoniam hodie in templo facta est purificatio a Jesu, Maria, Joseph, Simeone, & Anna, docet, ut nos processionem cum ardentibus cereis instruamus.* Eundem in sensum loquitur Richardus, super illa verba: *In Jacob inhabitavit, in Israel hereditavit, & in electis meis mitte radices, & in electis intelligitur conjugati, per Jacob Viduus, per Electos Virgines.* (Vide Mich. a Calvo conc. 11. §. 3. n. 7.) Nos igitur singularem pro omnes procedamus! 1. In Sancto Joseph consideremus conjugatos! Quod Principes ac Magistratus in tota provincia, id agere ibi tenentur in domibus privatis: quoad seipos tenentur praesidere bono exemplo, quoad filios tenentur illos a pueritia in fide instruere, quoad filias abstrahere a vanitate & luxu, quoad famulos & famulas impedire familiaritatis suspectas & peccata, &c. (Vide Tit. Coniugati.) 2. In Sancta Anna consideremus Viduas: His suadet S. Paulus Apostolus orationem tanquam solatium in omnibus adversis, quia est status persecutionis & afflictionis. (V. Tit. Status Vidualis.) 3. In Beatissima Virgine Dei Genitrice Maria consideremus Virgines! quanta modestia illae sollicitudinem amare, confortia hominum mundanorum fugere, & thesaurum puritatis Deo, & Angelis altissimae conservare reantur. (Vide Tit. Castitas, Virginitas.) 4. Denique in Simeone consideremus atatem senilem, & perpendamus, quomodo delicta totius vitae deplorare, & ad mortem se preparare debeat, cantilenam illam: *Nunc dimittis Domine servum tuum &c.* Qua ratione autem hi omnes suae obligationi satisfaciunt satisfaciunt, si de praeterito dies purgationis obeant, & de futuro ascendentes intempium Jesum secum habeant! &c.

In Feflo S. Mathie Apoftoli.

Peccatum libere committitur, quia ejus gravitas non cognoscitur.

1. *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* *Matth. 11.* Superbus Lucifer, sicut initio statim voluit esse similis Altissimo, ita hodiecum operum Dei emulator existit, adeo, ut adagium invalerit: Non est Ecclesia, cui diabolus non adjungit capellam! appropinquat sacrum tempus jejunii quadragesimalis, & ecce! diabolus præmittit ferias Saturnales, in quibus petulans juvenus tot centuplicat peccata mortalia, quos deinde sequuntur jejunia! Edicitur, bibitur, luditur, saltatur, & nemo non putat, hoc tempore plus quam alias esse licitum, & in Decalogo esse dispensatum. Clamat Christus invicans, *jugum meum suave est*, sed subnequit diabolus, *onus meum leve!* pauciores sunt, qui sequuntur Mathiam prædicantem, quam Judam peccantem, sic Christus iterum crucifigit! quæ causa hujus impudentiæ? inter alias illa certe est, quia nemo satis considerat, quam grave, & enorme malum sit peccatum! Loquamur de gravitate peccati! felicem me, si vel unicum possem impediare! 1. Peccatum est transgressio Legis, summa temeritas & injuria, qua vilis homuncio se opponit Divino Legislatori, & creaturam præhabet creatori, minas, ac poenas Divini Judicis non curat. (V. Barz. Serm. 29. n. 22.) 2. Solum vere malum est, quia paupertas, morbi, persecutiones, quas mundus mala vocat, possunt esse materia meriti & promotio ad æternam felicitatem: peccatum autem me privat summo bono, nimirum Deo. (Vide Barz. Serm. 5. num. 7. & seq.) 3. Crescit malitia peccati ex eo, quod fiat in conspectu Dei omnia cernentis; & hæc injuria tam ægre dolet Deo, ut vellet, si posset, cedere tuam immensitatem, ne omnia peccata intueri cogere- tur. (Vide P. Segneri p. 2. disc. 1. n. 11.) 4. Et hæc injuria peccati jam longe gravior est post passionem, & mortem Christi, quam contentum: quæso si quis tibi vellet auferre, quod paulo ante caro pretio emisti, nonne de hac injuria ad iudicem provocares? quanta ergo injuria est, quod homo se Deo, a quo pretioso sanguine redemptus est, peccatum velit subtrahere? *An nefarius, quia non estis vestri?* (Vide P. Segneri p. 2.

Disc. 2. n. 19.) 5. Quod autem enorme, & mille inferis dignissimum, illud est, quod peccator, saltem virtualiter, Deo velit eripere Divinitatem; nonne enim, dum peccat, vult, ut Deus suum peccatum vel non agnoscat, vel punire non possit, vel non velit. Si Deus non agnoscat peccatum, non est omniscius, si punire non possit, non est omnipotens, si punire non velit, non est sanctus, consequenter nec Deus! En, quod peccare idem sit, ac velle, Deum non esse Deum! Quis non exhorreat? V. Tit. Peccatum.

In Deo solo ponenda fiducia, non in mundo, carne, demone.

2. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* *Matth. 11.* Evanidi peccatores, qui se sibi, non Deo vivere putant, vario modo divitiarum sua desideria: aliqui Mundum, ejusque vanitates sectantur, alii carnem, ejusque voluptates amplectuntur, alii denique diabolo promittenti aures animarumque præbent. Quam ergo mercedem Mundus, caro, demon suis amatoribus præbent? Audiamus effatum S. Bernardi! *Mundus clamat, ego reficiam: caro clamat, ego inficiam: diabolus clamat, ego decipiam: Christus vero dicit, ego reficiam!* Opera pretium est, ut trimembri oraculo Melliflui inhæreamus! &c. 1. Sunc vanitatis trosculi, qui præsentibus mundi nugis inherentes & de futuris nihil cogitantes, tum demum beatos se credunt, cum inter honores & divitiarum vita longæva fruuntur, & omnia sua desideria ac conatus prospere ad sua vota sibi succedere vident. Sed tandem venit dies, & hora, qua hæc omnia, velut somnium disparent, & *Mundus clamat, ego reficiam!* (V. Tit. Mundus.) 2. Sunc Veneris mancipia, quibus nihil cordi est, nisi illud, amare & amari, tantoque amoris glutiæ sibi coherant, ut nec mortis, nec minis divelli se sinant: interrim, utat mordet conscientia, multiplicentur peccata, habitus vitii augetur, ut tandem incorrigibilis fiat, & illi coram mundo infames, atque anima turpiter fundati cotam Deo Judice comparere conerunt: tunc *clamat caro, ego reficiam!* (V. Tit. Luxuria.) 3. Sunc increduli, aut incurii, qui viam cæli sibi ipsi applant, & dupliæ beatitudine fide hæc & sibi frui posse existimant, amentes: multa licere, quæ prohibita dicuntur, malitiam peccati non esse adeo gravem,

venem, Misericordiam Dei esse longe majorem, Christum non minus mortuum esse pro peccatoribus, quam pro justis, & quæ sunt similia. Sed quid in morte ibi lugent, ejulant, desperant, & *Diabolus* detracta larva *clamat, ego decipiam*, seu potius, ego decepi. (V. Tit. Dæmon.) 4. *Quid ergo consilii? Dilectissimi, cauti estote contra hos deceptores! Mundus, caro, demon sunt principes tenebrarum, nolite considerare in his principibus! Despicite transitoria omnia, quæ desinant, & ad Deum confugite! ille solus est veracissimus, fidelissimus, & omni amore dignissimus, & venit tempus, quo verificabitur illud: *Christus vero dicit, Ego reficiam, &c.**

Jugum Mundi gravius, quam Christi.

3. *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Sine dubio, mi Domine Deus, jugum tuum, ad quod invitatus, non cogis, suave est, quia per caritatem & gratiam tuam mirum quantum leve, ac dulce redditur! Verum id vellem scire, an idem famulis suis dicere possent mundus, caro, demon, qui voluptates suas, velut alterum cælum extollunt? Videamus! 1. Qui viam spatiosam, quæ ducit ad iteritum, rosiftratam saltando & exultando percurrunt, graviore jugo premuntur, quam qui viam arctam mandatorum, spinis consitam inambulant. (V. Barz. Serm. 39. n. 13. & seq.) 2. Navarchus ingentem cetum pro insula habens, delusus a pisce audire debuit, nihil habeo stabile: ita mundus illudit suis: propter unum errorem, millena obliviscitur servitia: puer Amalecita in agritudine deseruit. 3. Quantis deceptionibus obnoxius est amor carnalis? Jacob septem annis servit pro Rachel, & dein recipit Liam. Joab putavit Amasem esse optimum amicum, & dein sub specie amplexus ab illo confoditur. 4. Quid non molesti patitur superbia? Pambus Monachus videns feminam compe vestitam flevit, causam rogatas reposuit: heo, quia tot ac tanta non facio pro Deo, quanta hæc mulier pro vanitate &c. 5. Quid non patiuntur ambitiosi? Amman, dum alii dormiunt, noctu vigilat, nequis sibi vel de nocte gratiam regis furetur. Duo Aulici apud S. Augustinum, deplorant laboratoris fuisse debebant, subjugentes: Amicus autem Dei, si voluero, jam nunc fio! (V. Speranz. punct. 31.) ris

omnibus accedit mala conscientia, tormentum & erux sinistri lateris. (V. Speranz. punct. 160.) Verbo omnia tot ac tanta vult tormentata ac molestia mundanorum, ut si vel dimidium partem paterentur pro Deo, possent sancti fieri, cum tamen nunc cum omni via passione vadant ad infernum. Vide Tir. Mundus, premit graviore jugo, quam Christus &c.

In Feflo S. Josephi Sponsi B. V. Mariz.

De Sancti Josephi patrocinio implorando.

1. *Te ad Joseph, & quidquid vobis dixerit, facite.* Fideles subditi in ærumnis & afflictione constituti, cum ad ipsum regale solium comparere non audent, ordinarie ad primarium Aulæ Ministrum, meritis & dignitate super ceteros conspicuum accedunt, eumque causæ suæ intercessorem & Patronum coram Throno Regis & Reginz orant: Talis primarius aulæ Minister fuit olim Josephus Ægyptius, de quo Rex Pharao supplicibus subditis respondere solebat: *Te ad Joseph!* Nunc autem in lege gratiz est S. Josephus Jesus Christi nutritus, & Sponsus Virginis Mariæ. Non est in cælis Sanctus majoris meriti & dignitatis; igitur, qui in suis necessitatibus Regi Regum libellum supplicem porrigere cogitat, per sanctum Josephum intercessorem id agat; quia maximi est meriti & dignitatis! Audiamus, quomodo! 1. Magnus coram Deo fuit in sanctitate, & virtute S. Josephus, quia sicut Abraham, Moyses, David pius, Daniel prudens, Moyses mansuetus; ita ille in Scripturis dicitur Justus, *Joseph autem cum esset justus*: Quare hoc prædicato laudatur? Respondet S. Hieronymus: *Propter omnium virtutum perfectam possessionem.* Etenim Divina Providentia illum ex toto humano genere elegit in Sponsum Sanctissimæ Dei Matris; cum ergo inter ipsos primo omnium desideretur æqualitas, consecrationem est, illum præ ceteris omnibus Intemeratæ Virgini sanctitate fuisse proximorem. Hanc sanctitatem magis magisque excoluit per præsentiam, & consortium Divini Filius: hunc ulnis gestare, baliare, cordi apprimere pro libitu, eique dicere potuit: Filius meus es tu! &c. 2. Magnus coram Deo fuit S. Josephus dignitate, & officio; quia Dominus constituit eum super familiam tuam, super familiam

revera in toto mundo primariam ac principalem, quæ ordinabatur ad unionem hypoflaticam, & humani generis redemptionem: *Constituit eum suæ Matris solatium*, ait S. Bernardus, *constituit suæ carnis nutrimentum, constituit solum in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum, &c.* 3. Magnus fuit coram Deo S. Josephus in tribulatione, qua ordinarie Deus amicos suos probat, eosque tanto magis amat, quanto magis suæ Crucis participes reddit. Etenim tristitias ingentes & tribulationes passus est S. Joseph, dum a Virgine prægnante recedere cogitabat, dum pauperes cunas Divini infantis, eiusque primam post octiduum sanguinis effusionem aspexit: dum infanticide tyrannidem fugit, dum denique Jesum, & in hoc omnia se perdidisse putabat. Dum igitur S. Josephus coram Deo tam magnus fuit in sanctitate, in dignitate, in tribulatione, confidite, Dilectissimi, non denegabit vobis Deus gratiam, quam rogatis, si S. Josephi patrocinium, & intercessionem imploretis! &c.

3. *Joseph Patronus beatæ mortis.*

2. *Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph.* *Matth. 1.* Petar mea pace uniusquisque ex populo præsentem, petat gratiam a S. Josepho, quam velit, divitias, honores, valetudinem, vitam longævam & alia! Ego puto, & suadeo, ante omnia alia petendam esse beatam mortem, quæ est græta gratiarum maxima, & omnium felicitatum coronis. An imperabimus hanc gratiam? non dubito! S. Josephus est Patronus Bonæ mortis, & ipse hanc gratiam habuit, quod in morte sua Jesum & Mariam habuerit præsentem. Præterea Dei Filius, & Dei Mater ipsi obstrictissimi sunt, quos non una vice præmaturæ morti eripuit, consequenter illi, quod rogabit, denegare non poterunt. Audite probationem.

1. Sanctus Josephus a morte præservavit Beatissimam Virginem; cum enim illam secundum intueretur, perplexus & anxius voluit illam deserere, quo casu certe Beatissima, Viro desituta, a Iudæi adulteriæ reæ, & lapidata fuisset. Verum ab Angelo in somno monitus, & altissimum incarnationis mysterium edoctus, perrexit officium Sponsi sustinere, & sic innocentissimam Virginem contra mortis supplicium protexit, &c. 2. S. Josephus a morte præservavit Christum Dei Filium, cum enim crudelissimis in-

fanticida, in innocentes puerulos; quorum quatuordecim millia occidisset fertur, sanguinolento gladio grassaretur, ille Divinum infantem in ulnas sumpsit, atque cum eo, & sanctissima Matre in Ægyptum profudit, nec inde reverfus est, donec extincto Herode pax & tranquillitas rediit, &c. 3. S. Josephus Christum & Mariam a morte præservavit, dum illos suo labore & sudore veliit, & nutriti, aliis frigore, fame, & rerum omnium inopia interituros, &c. Cum igitur Jesus & Maria vitam suam S. Josepho debeant, quos contra mortem defendit, non poterunt illi beatæ mortis denegare gratiam, quam pro elictibus suis rogabit. Verum, mi Christiane, ex parte tuè requiritur, ut coopereris, Jesum & Mariam semper in corde conserves, & nullo unquam peccato offendas! &c.

5. *Josephus Patronus conservandæ castitatis.*

3. *Joseph autem Vir ejus cum esset justus.* *Matth. 1.* Justitia, qua Sponsus Virgineus Joseph, vocatur justus, hic dicit complexum omnium virtutum, consequenter etiam Virginitatis, & castimonie, quæ virtus est profusa Angelica; Virgines sequuntur Agnum quocunque ierit, habent nomen Dei in frontibus suis, cantant canticum novum coram Deo, amantur præ ceteris a Christo, qui in adulta ætate noluit venire in mundum, ut esset filius intemeratæ Virginis. Audiamus, quibus remediis nobilissima virtus conservari debeat, quæ rara est in terris, & millenis periculis obnoxia. 1. Necessè est, ut castitas prima statim initia impudentiæ avertetur. Josephus ad primam vocem mulieris exhorruit, pallium reliquit, contagium judicavit, si diutius moraretur, &c. 2. Metu & fuga se cito surripiat; alter enim cum Goliath, aliter cum Bethsabee certandum est, ibi pugna, hic fuga. 3. Caveat evagationes, familiaritates, & curiositates; quam infelix fuit Dina Jacobi filia sua curiositate! 4. Studeat mortificationi; sine penitentia enim, & asperitate vite, prout S. Carolus Borromeus scripsit ad quemdam Cardinalem, impossibile est servare castitatem. (Vide Tir. Castitas, Virginitas.) Sed quoniam tanta est difficultas conservandæ castitatis in hoc sæculo, ut aiat quidam ex SS. Patribus: Majus est miraculum de carne propria triumphare, quam in mundum spiritum ex corpore alieno ex-

cl.

pellere, hodie tibi suadeo, Innocens Virgo, ut castitatem tuam S. Josepho custodiendam consignes! pingitur ille cum liliis in manu: liliam habet tres colores, quibus triplex castitas Christiani significatur, corporis, animæ, & intentionis. Hanc castitatem quotidiana devotione commenda S. Josepho, &c. Vide Barz. Sermon. 25. num. 32.

In Festo Annuntiationis B. V. Mariæ.

Maria perdidit gratiam pro nobis invenit.

1. *Invenisti gratiam apud Dominum.* *Luc. 1.* Quanto pretiosius est ali quod bonum, tanto majori sollicitudine & industria conservari, & custodiri solet, eum in morem, quo aureus calix majori cum securitate in cista ferrea concluditur, quam stanneus. Cum igitur Gratia Dei sit Bonum præstantissimum, ut pote supernaturale, transcendens omnia mundi bona ac dona: insuper superans omnium Principum favores, sceptræ & coronas; quia est participatio Divinitatis juxta illud Petri: *Ut per hæc officia mini Divinae consortes nature*, sine dubio illa præ omnibus regum thesauris, maxima cum sollicitudine, timore, & amore conservanda est. Quodsi caelestis hic thesaurus per peccatum perditus sit, quid tunc agendum? Dicam, quid agendum! Attendite! Perdere, quod benedices velim mi Christiane! perdere peccatum gratiam Divinam, infelicissimum infortunium est, quod integro lacrymarum mari deplorari haud satis potest! una enim cum gratia perdidisti omnium operum bonorum merita hæcenus collecta; perdidisti caritatem & amicitiam Dei, omnibus mundi regnissimabiliorem! perdidisti jus ad cæli gloriam & animæ salutem! perdidisti filiationem & hereditatem Dei, & desinit esse coheres Christi pro te passi ac mortui. Sancti Angeli, si flere possent, amarissime huic jacturæ ac infortunio ilacrymarentur, &c. 2. Sed quid agendum modo, quomodo compensanda jactura, & recuperandus thesaurus? Agenda est penitentia, non qualicumque, sed ardua, austera, in millelacrymas effusa! lugendum est, tristandum est, & sine fine imploranda Misericordia. Insuper, ut spes tua impetrandæ veniæ magis firmetur, profundissima cum humilitate acce-

de ad Misericordiam Matrem Mariam, de qua dicit hodiernum Evangelium: *Invenisti gratiam apud Dominum!* qui rem perditam invenit, teneat illam restituere: roga ergo Dei Genitricem, ut gratiam, quam perdidisti, intervenit tibi restituat. Næc gratis id rogabis; Maria enim dignitatem Divinæ Maternitatis nobis miseris peccatoribus debet: *Propter peccatores, scilicet me, mihiq; similes*, ait S. Anselmus, *facta est Mater Dei;* qui si Adamus, & nos in Adamo non peccassemus, nec Dei Filius Homo, nec Maria Dei Mater facta fuisset. (Vide Speranz. de Pass. Dom. punct. 32.) Præterea Mater Dei est dicitissima, quia thesauraria caelestium gratiarum, quas pro libitu dispensare potest. (Vide Speranz. ibid.) Ita ut aiat S. Epiphanius: Donorum antequiptilium nomine Spiritum Sanctum accepit: dotis vero gratia caelum una cum paradiso: ergo cum sit dicitissima & nos pauperum, caelestis gratias in nos libenter effundit. (Vide Bonherba Dom. 3. Quadr. Sabbat. num. 35.) Ab illa omnes accipiunt, captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, Angelus lætitudinem, Trinitas gloriam. (Vide Speranz. ubi supra.) O Maria refugium peccatorum, miserere, &c.

Mariæ nomen efficit contra afflictionem animi.

2. *Ne times Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.* *Luc. 1.* Insolita caelestis Paranymphei salutatio haud exiguum in animo illibata Virginis perplexitatem cauvit, quia sanctissima prima statim fronte capere non poterat, quomodo intemerata Virginitas, quam Deo voverat, cum Materitatem Divini Filii combinari possit. Turbata est! mente confusa est! Quid Angelus statim Nomen illam compellans, hæc verba subnexit: *Ne times Maria!* cur non dixit, ne times Virgo, ne times Dei Mater? quia solati illam, & erigere in perturbatione voluit; non enim est efficacius remedium contra desolationes, & anxietates animi Nomen MARIE. Agite, veneremur hoc sanctum Nomen, & consideremus, quam utile & salutare sit Jultis, & peccatoribus! 1. Mariæ Nomen hominibus jultis est cætera salutis: Piscis in diluvio non perierunt, quare? quia in mari fuerunt conservati propter æqualitatem Nominis Mariæ: *Congregati*

galli-